

*Ne bilem tibi moueat, inquit, malitiosi.] Vel, Ne male te habeat malitiosorum prosperitas.*

## OSSER.

1. *Ista admonitio notetur illis, qui propter impiorum prosperitatem ita mouentur animis, ut cum Deo ipso propè contentionem & rixam instituant. Qualis affectus ferè exprimitur Hierem. 12. ab initio capit. Indignum putant Deo, qui hoc permittat, non videntes impiorum finem, & rationem diuinæ prouidentiæ. Hic affectus plerisque accidit feruidis spiritibus, quos subinde usque ad eò impiorum prosperitas inflamat, ut ad diras imprecations rapiantur: & clanculum eò abducuntur, ut cogitent & ipsi de iustitiae studio deferendo. Itaque operæ præcium visum est Prophetæ, ut illi mox ab initio Psalmi occurrat.*

*Neq; inuidias operarij iniquitatis.] Hoc est, Ne inuidias prosperitati illorum. Alioqui quis inuidiebit malis operationem iniuitatis? Hic affectus inuidia sordidior est & crassior, & eorum qui vellent esse loco impiorum, id quod priores nollent. Nemo enim inuidet cuiquam ob eam rem, quam sibi non sustinet optare, quam nec admiratur, nec appetit. Ista admonitio notanda est opulentarum virium pauperibus.*

2. *Et obserua, quod non dicit, Ne male te habeat hominum felicitas & prosperitas, neque illis inuidias, id quod omnino pessimi esset, ingenij: sed admonet, ne malitiosis & operarijs iniquitatis indignemur & inuidiamus, ipsis nominibus eos appellans, quibus isti solent, qui illorum felicitate ad indignationem mouentur & inuidiam quasi dicat: Sunt malitiosi, sunt operarij iniquitatis, scio; sunt digni quibus omnia malecedant, noui & hoc. Interea tamen cauebis, ne inuidias aut indignitas illorum prospereat. Quare Audi:*

2. *Quoniam tanquam fœnum velociter succidentur, & sicut herbarum germina decident.*

## Lectio quadrat.

## EXPLA-

**NATIO.** *Hic versus causam reddit, & argumentum persuadendi habet, pertinens ad secundam classem. Dicit itaque: Cogitas eos dignos esse qui succidantur & pereant: & quia non statim vides hoc fieri, doles, indignaris, & inuidia moueris: verum facis ista præter causam. Nam omnino interibunt, Sed virent ac florent. An interea stabiles sunt? Nunquid & herbae virent, ac citò decidunt & flaccescunt? Idem eueniet & iustis. Et vide, quomodo non simpliciter dicat, *Quoniam succidentur & decident: sed, Citò, inquit, succidentur.* Atque hoc agit ipsa similitudine virentis herbae adducta, quæ non potest diu vivere.*

## OSSER.

*Cum ergo ita habeat conditio impiorum, ut prosperitas ipsorum sit peritura breui: quam quæ so causam habent, qui illi indignantur & inuident? Cum vides diuitem impium in rebus Mundi florarentem, quid aliud vides quam fœnum viride, & breui casurum: cuius ea est fortuna, ut demetatur, B antequam sponte cadas? Aut herba, quæ et si non demetatur, tamen sponte sua citò decidit?*

3. *Spera in Domino, & fac bonum: inhabita terram, & pasce fideliter.*

4. *Et delectare Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.*

5. *Commenda Domino viam tuam, & spera in ipsum, & ipse faciet.*

6. *Et educet instar luminis iustitiam, & iudicia tua instar meridiei.*

7. *Sile Domino, expecta ipsum, ne bilem tibi moueat is cuius via prosperatur, qui vir est faciens fraudem.*

8. *Desine ab ira, remitte indignationem, ne succenseas saltem ad malefaciendum,*

9. *Quoniam maligni exterminabuntur: expectantes autem Dominum, ipsi hæreditate possidebunt terram.*

10. *Et adhuc modicum, & non erit impius: considerabis locum illius, nec apparebit.*

11. *Mansueti autem hæritario terram possidebunt, & delectabuntur amplitudine pacis.*

## LECTIO.

Vers. 3.

*Et pasce fideliter.] Ebr. תְּרוּעָה אַמְרָה רְדוֹת. Græc. & vulgata Latina: Et pasceris in diuinitiis eius. Hieronymus: Et pasceris fide. Sic & Iustin. Felix & Pagninus: Et pasce veritatem. Tigurina: Et pasce fidem. Felinus: Et bona fide vitam agito.*

Vers. 5.

*Commenda.] Ebr. תְּרוּעָה גִּיל עַל יְחִזְקָה. Græc. & vulg. Lat. Reuelatio Domini. Hieron. Volue super Dominum. Iustin. Volue ad Deum. Felix: Circumvolue secus Dominum.*

Vers. 7.

*Sile Domino.] Ebr. שְׁלֵמָה בְּרוּךְ. Græc. & vulg. Lat. Subditus esto Domino, & ora eum.*

Vers. 8.

*Saltem ad malefaciendum.] Ebr. שְׁלֵמָה בְּרוּךְ. Græc. οὐ πατούσθω. Vulg. Latina: Ut maligneris. Hieron. Ut malefacias. Sic & Iustin. Felix: Attamen ut maligneris. Pagninus: Veruntamen ad malefaciendum. Reliquæ satis concordant.*

## EXPLA-

**NATIO.** *Nouem isti versus partim hortationem ac dehortationem habent, atque haec tenus ad primam classem pertinent: partim habent adiuncta persuadendi argumenta, atque illorum gratia referenda sunt ad secundam classem.*

*Versus 3. tria habet, quæ facienda admonet Prophetæ.*

1. *Spera in Domino.*

2. *Fac bonum.*

3. *Inhabita terram, & pasce fideliter.*

*Versus 4. Adiicit quartum: Delectare in Domine.*

E. Ante.